

502

JOSEPHUS II DEI Gratia Electus Romanorum Imperator,
Semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae,
Croatiae, et Sclavoniae, Rex Apostolicus, Archidux Austriæ. s. s.

p. 8 Fe 1790.

Reverendissime, Reverendi, Spectabiles, ac Magnifici,
Magnifici item et Egregii, Fideles Robis Dilecti! Paterni
Nostri, quo gentem Hungarum complectimur affectus publicum
edere cupientes documentum, clementer decrevimus: ut facta
universis Regni Comitatibus quoad celebrando in sequente Anno
1791. generalia Regni Comitia, in verbo Nostro Regio ad promis-
sione interea etiam cunctæ Administrationis publicæ, reque
justitiarie partes ad eum plane statum reponantur, in quo
eo fuerunt, dum Anno 1780. post fata Serenissima Domina
Imperatricis Vixœ ac Regina Apostolica Matris Nostrae deside-
ratissima Regni Gubernacula adivissemus; et arati hoc fine
ad universos Regni Comitatus Rescripti Nostri copiam Fidelitatis Vestris
eo benigno cum Mandato hinc facimus, ut ipsæ etiam dictas Regni Comi-
tatus de hacce Altissima Resolutione certiores reddere, atque una cura-
re noverint, ne usque ulteriores ordines quidpiam de iis, quæ hodie
subristunt, Institutis ad vitandam omnem Negotiorum conturbationem
mutetur, quum alioquin constitutum Robis sit, usque tam venturi
Mensis Maii cuncta ad priorem statum reponere. Quibus in re
liquo Gratia ac Clementia Nostra Cesareo. Regia benigne jugiterque
propensi manenus. Datum in Archiducali Civitate Nostra Vien-
na Austria Die vigesima octava Mensis Januarii Anno Domini Mille
simi Septingentesimo Nonagesimo.

Josephus

Cōnes Carolus Laffy

Conciliis ab omnibus sententiatis Regio.

Alfonso Bistany